



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Jure Rerum Ecclesiasticarum Ad Germaniae Catholicae  
Principia Et Usum Pars ...**

Complectens Sectionem I. & II.

**Zech, Franz Xaver**

**Ingolstadii, 1758**

Titulus XXIV. De Reverentia Locis Sacris Debita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68048)

ferri possit, donec reconcilietur 11.). Aliorum autem sepulchrorum violatio omni jure est gravissime prohibita, prout dicetur, ubi de Criminibus sermo erit.

TITULUS XXIV.  
DE REVERENTIA LOCIS SACRIS  
DEBITA.

*Conf. Decretal. Lib. 3. tit. 49. sext. tit. 23.*

§. 519.

*Reverentia locis sacris debita* CUM tanta, quæ hucusque recentissimus in Templis pro salute nostra peragantur, jure optimo eadem Tempa eximiam Reverentiam a nobis exigunt, ut Deum Templi habitorem demisse adoremus, eoque corporis & animi habitu nos geramus, quem Sanctitas loci meretur. Ascetis hæc relinquimus & Concionatoribus 12.). Ad nostrum forum pertinet Immunitas in signum Reverentiæ competens Ecclesiis, aliisque

- 
- 11.) C. 12. de Sepult. c. 7. de Consecrat. Eccles. c. 27. 28. dist. 1. de Consecr.  
12.) Horum aliquos recenset P. VINCEN-  
TIUS HOUDRY Bibliothéque des Prædi-  
cateurs. tom. 2. V. *Eglises Matérielles.*

*De Reverent. Eccles. debita. 755*

que locis Religiosis, vi cujus actus profani in iis exerceri non valent, & criminosi illuc confugientes violenter inde extrahi non possunt. De hoc ultimo Immunitatis genere redibit sermo, quando de Criminibus agetur.

§. 520. Ab actibus profanis per *Prohibet* Sacros Canones, qui ut *in Oratorio Actus præter orandi & psallendi cultum penifanos: tus nihil agatur* 13.), enixe optant, immunes sunt Ecclesiæ etiam nondum consecratæ, modo ad Cultum Divinum legitima autoritate sint deputatæ 14.): Loca etiam Ecclesiæ adhærentia, uti sunt Sacristia, porticus, atrium, præsertim Cœmeterium 15.). In domibus etiam ad Ecclesiam pertinentibus Judices vel Ministri publici, placitum vel hospitium quasi pro consuetudine vendicare sibi non possunt 16.). Si tamen ejusmodi ædes conducant, & inhabitent, muneris sui functiones ibi libere exercent.

Bbb 2

§. 521.

13.) C. ult. dist. 42.

14.) C. 9. de Immunit. Eccles.

15.) C. fin. ibid. c. 2. princ. eod. in 6.

16.) C. 1. de Immun. Eccles.

*Judicia* : §. 521. Inter actus profanos in Ecclesiis fieri prohibitos, recensentur I. *Judicia tum Criminalia* (17.); tum *Civilia sæcularia*, ita ut sententiæ in Ecclesiis latae *omni careant robore firmitatis* (18.). Sub hac prohibitione comprehenduntur omnes actus, qui auctoritatem Judicis sæcularis requirunt aut supponunt, utpote qui tribunal suum in Ecclesia erigere non potest. Unde si cadaver jam sepultum, permittente Episcopo exhumetur ad inspiciendam lethalityatem vulnerum, ipsa inspectio & recognitio, utpote actus *Judicialis sæcularis*, fieri debet extra Cœmeterium (19.). Non facile permittendum, ut aliquis vulneratus, aut testis examinetur a *Judice sæculari* in loco sacro, multo minus ut examinetur quis de proprio delicto, ob quod ad Ecclesiam confugit (20.).  
Ne-

---

17.) C. 5. *ibid.*

18.) C. 2. §. *Ordinarii. eod. in 6.*

19.) SPERELLUS p. I. *decif. 51. PIGNATELLI tom. 4. consult. 122. n. 4. P. ANTON. SÖLL tract. de Immun. Eccl. p. 4. c. 4. n. 486.*

20.) *Sacra Congregatio super Controversiis Jurisdictionalibus, apud SPERELLUM loc. cit.*

*De Reverent. Eccles. debita. 757*

Neque deberent permitti in Ecclesiis publica proclamata de negotiis sæcularibus 21.). Imo quæ etiam ad defensionem Ecclesiæ pertinere videntur, non deberent a Judice Laico propria autoritate in loco sacro fieri, sed solummodo ad requisitionem Ecclesiasticorum, e. c. eripere arma confugientibus ad Ecclesiam.

§. 522. II. Prohibentur in locis Sacris Contractus, Negotiationes & Nundinæ. Irritatio tamen ejusmodi Contractuum non reperitur in Sacris Canonibus expressa. Venditio Can-

*Negotiationes :*

B b b 3 de-

cit. censuit, Episcopum non posse licentiam concedere Judici Laico, ut examinet reum vel testem in loco Immuni, sed petendam a Sede Apostolica. In nostra Germania, cum negotia plerumque tantam moram non permittant, ut expectetur responsum Romanum; Episcopi istud concedunt, ubi necessarium vel opportunum videtur, adjecta protestatione, de qua in C. 2. de Homicid. in 6.

21.) Peregrinum mihi videbatur, cum alibi post Concionem a me habitam audirem Apparitorem stentorea voce ex editiore loco denuntiantem, quod bona quædam subhastationi subjecta, plus licitanti- bus offerantur. Æque indecens est, si sæcularis Magistratus occasione congregati populi in Ecclesia utatur ad denun- tiandas nundinas &c.

delarum, aliarumque rerum ad devotionem pertinentium, non debet permitti in Templo interiori 22.): consuetudo tamen eas vendendi in Cœmeterio, vel prope januam templi excusari potest, modo id fiat sine verborum strepitu, & contentione de pretio; hac enim ratione non perturbantur Divina Officia. III. Profani ludi theatrales 23.). IV. Publici conventus Confraternitatum, & societatum profanarum. V. Convivia. VI. Seditiosæ conclamationes, profana colloquia, confabulationes, deambulationes. VII. Lasciva Musica (§. 98 seqq.). VIII. Profanus usus pro habitatione, asservatione supellectilis &c. nisi propter ho-

---

22.) P. REIFFENSTUEL ad Tit. de Immun. Eccles. n. 16. permetteret in Ecclesia talem venditionem sine impedimento Cultus Divini instituendam, modo non principaliter intendatur lucrum. Sed quotusquisque est, qui in venditione rerum ad devotionem pertinentium principaliter intendat devotionem, & non potius lucrum? hac enim limitatione admiffa, possent etiam Clerici vel Monachi negotiationes exercere, dicendo, quod non principaliter lucrum, sed charitatem proximi intendant.

23.) C. 12. de vit. & honest. Cler,

*De Reverent. Eccles. debita. 759*

hostiles incurfus, vel alias necessitates (§. 123.). IX. Munitio Ecclesie per modum castris, vel propugnaculi ad alios offendendos 24.). Univerſim prohibentur in Eccleſiis omnia vana ac profana, quæ Divinum Cultum aut officium turbare poſſunt, aut Templorum Reverentiæ contraria ſunt. Præcipue ſub graviffimis excommunicationis pœnis, & Sacrilegii reatu prohibetur, ne vis inferatur Eccleſiæ, ejusdem fores infringantur, vel res diripiantur &c. nam Sacrilegium committitur auferendo Sacrum de Sacro, vel non Sacrum de Sacro, ſive Sacrum de non Sacro 25.): ſimilibus etiam pœnis involvuntur conſulentes, mandantes, aut quomodolibet participes.

§. 523. Poſſe in Locis Sacris ac *Et quidquid*  
Religioſis fieri Actus extrajudiciales, *autoritatem*  
vel voluntariæ Jurisdictionis, qui *Judicis ſe-*  
pic-

---

24.) C. 14. X. q. 1. Poſt hunc Canonem idem abuſus invaluit in Hungaria & Hiſpania, quod deſumitur ex Concilio BUDENSI ann. 1279. c. 53. & PALENTINO ann. 1322. c. 17.

25.) C. 21. XVII. q. 4. De illis criminibus, quibus polluitur Eccleſia, dictum eſt §. 36.

cularis  
requirit.

pietatem aut devotionem respiciunt, vel promovent, passim concedunt Interpretes SS. Canonum, cum solummodo sacularium judiciorum *strepitus* conquiescere jubeatur. Melius dicitur, nihil ibi fieri posse, quod auctoritatem Judicis sacularis requirit, utpote qui tribunal suum in Ecclesia erigere non potest. Judicia quidem Ecclesiastica non leguntur prohibita in Templo; sed etiam hæc decentius extra Ecclesiam fiunt; nisi causæ agantur in Conciliis; vel publicæ adhibeantur ceremoniæ, uti fit in degradationibus Clericorum. Licita etiam censentur pia spectacula, quando repræsentatur Præsepe Domini, Adventus Magorum, Ascensio Christi in cælum (§. 84.). Consuetudo etiam licitas facit Disputationes publicas literarias, & Collationem Gradus Doctoratus aut Magisterii 26.). Inter solemnes functiones

26.) Intelligo Disputationes ex Theologia vel Jure Canonico: similiter Gradus ex iisdem Scientiis sacris. Non probo, quod Autores passim id statuunt de aliis scientiis universim ex L. I. §. 5. ff. de extraord. cognit. ubi *Civilis Sapientia*, seu Jurisprudencia dicitur *Res sancta*.



*De Reverent. Eccles. debita. 761*

nes in Ecclesiis peragi solitas non solum sunt Concilia vel Generalia, vel Particularia 27. ); sed etiam Inaugurationes & Coronationes Imperatorum ac Regum; Creationes illustrium Equitum ad militarem Ordinem pro defensione Fidei, aut piorum operum exercitio institutum. Annua Electio, vel Confirmatio Magistratus civilis in Ecclesia alicubi ex antiqua consuetudine toleratur: ejusmodi enim actus Sacris annumerari possunt, cum implorato DEI auxilio pro bono Reipublicæ tam sacræ, quam profanæ peragantur.

Plura quæ huc referri possunt, videantur apud Commentatores Juris

---

*Ætissima.* Hæc enim vox minime significat eam sanctitatem, quæ ad Cultum Divinum per se pertineat, & in templis exerceri queat. Curandum etiam, ut removeatur Venerabile Sacramentum, si ejusmodi Actus peragantur prope locum Tabernaculi.

27.) De loco Conciliorum erudite differit BENEDICTUS XIV. de Syn. Dioc. lib. I. c. 5.

8

ris Canonici 28. ), eosque Autores,  
qui de Immunitate Ecclesiarum scri-  
bunt 29. ).

---

28. ) Præcipue ad Decret. Gratiani Dist. 42.  
item ad c. 1. & 5 De Immun. Eccles.  
C. 2. eod. in 6.

29. ) DEL BENE de Immun. Eccles. c. 2.  
dub. 3. SUAREZ tom. 1. de Relig. tr. 2.  
lib. 3. de Reverent. debit. locis sacris c. 4.

